I. ALERIA (*Aleria*).

Alaliam coloniam quod Phocaeenses condiderunt, mox ea relicta Veliam migraverunt (Herodot. 1, 165; Diodorus 5, 13, ubi errore dicitur Κάλαρις; Seneca ad Helv. 7), hoc loco praetermitti potuit, quamquam dubium non est significari urbem postea dictam Aleriam. Hanc cepit bello Punico primo consul a. 495 L. Scipio (vol. I n. 32: *hec cepit Corsica Aleriaque urbe*, ubi vide adnotationem; Zon. 8, 11, ubi est Οὐαλλέρια; Flor. 1, 18). Deinde colonos eo deduxit Sulla (Plinius n. h. 3, 6, 80: *Corsica civitates habet XXXII et colonias Marianam a C. Mario deductam, Aleriam a dictatore Sulla*; Seneca ad Helv. 7, 9: *deductae deinde sunt duae civium Romanorum coloniae, altera a Mario, altera a Sulla*; Mela 2, 7, 122 supra p. 838; Ptolemaeus 3, 2, 5: Ἀλέρια κολωνία). Nomina quae sunt n. 8036 *c(olonia) U... P.... F...* (vel *R.....*) *[A(leria)]* periti non habent quomodo expleant. Collocatur Aleria a Ptolemaeo (l. c. cf. 8, 8, 9) in latere insulae ad orientem in parte Sardiniae proxima inter ostia fluviorum Sacri et Rotani, in itinerario Antonini p. 85 a Mariana m. p. XL meridiem versus. Locus adhuc nomen vetustum retinet.

8034 litteris saeculi secundi. *Trouvée proche du Tavignano* (Rhotanus) *à 2 kil. du* portus Dianae; *je l'ai fait transporter à la bibliothèque de Bastie* AVCAPITAINE. Ibidem adhuc.

AE · CORS
IVS · MENATIS
MARMORIBV*s*
· PECVNIA · D
*ded*ICAVIT · R · C

Aucapitaine *nouv. annales de voyage* ser. 6 vol. 12 (1864) p. 373; Galletti *hist. de la Corse* 1863—1866 p. 179; Renier l. c. p. 321 ad ectypum quod misit Herbertus; Gazzera l. c. (inde I. F. Muratori l. c. n. 69); misit a Gregory descriptam Vesmius.

2 IVS Aucapit., VS reliqui. — 5 CAVIT·B·C Aucap. — Deae Corsicae aedem dedicari statuit Renier probabiliter, nisi quod praestat opinor supplere *[terr]ae Corsicae*, ut *Histriae terrae* dedicatus est titulus V, 327, *terrae Daciae* alter III, 1351. Contra reiciendum est quod idem posuit aedem a liberto quodam Menatis eius, qui classi Sex. Pompei praefuit, olim dedicatam iam r(eficiendam) c(urari).

8035 *beau marbre 1 m. sur 70;* rep. prope Aleriam meridiem versus, est in aedibus iis ubi servatur n. 8036 GRASSI. Prope Aleriam nuper rep. una cum n. 8034. 8036 25 centim. sub solo, dum ager aratur; *on a trouvé sous cette pierre deux squelettes d'enfants avec colliers et bagues d'or* GALLETTI. Rep. a. 1847 in ruderibus Aleriae; extat Bastiae in bibliotheca RENIER. In Corsica rep. VESMIVS. — Sine loco GAZZ.; Garessio in valle Tanari superiore attribuit I. F. Muratorius, quoniam in eodem fasciculo schedula alia reperitur ad Garessium pertinens, sed scripta manu diversa et tempore antiquiore, ut monui vol. V n. 1014*.

C · CAESARI
AVGVSTI · F

IMP · CAESARI · DI*ui f*
AVGVSTO
PONTIFICI · MAXIM*o*
COS · XI · IMP · XII
TRIBVN · POTEST · XII
DEC · ET · C · C · V · P · P
PATRONIS

l. caesari
augusti . f

p. C. 742/5

Grassi Aleria (1864) p. 257, addens titulum missum esse a Caraffa *au comité des travaux historiques*, a barone H. Aucapitaine academiae inscriptionum Parisinae; Galletti *hist. de la Corse* 1863—1866 p. 179; Renier *revue des soc. savantes* ser. 4 vol. 6 (1867) p. 319 ad ectypum quod misit Herbert professor Bastiensis; Gazzera ms. Taur. (inde ed. Ioh. Franc. Muratori *iscrizioni Romane dei Vagienni* Taurinis 1869 n. 70); acceptam a Gregory Vesmius misit a. 1873.

1, 2 AVSTI Grassi. — 2, 1 IMPERAT·CAESARI Gall. — 2, 2. 3 PONTIFICI · AVGVSTO · MAXIM (MAX Gall.) Gazz. Gall. — 5 XIII Gazz. Greg.; Renierius dedit, quasi constaret numerum integrum esse, non recte opinor. — 6 C·C·V·P·F (E Gall.) Gazz. Gall., C·C·R·F Greg., C·C·V·P·R Grassi Ren., hic explicans et supplens *c(oloni) c(oloniae) V(eneriae) P(acensis) R(estitutae) [Aleriae]* temere. — 7 PATRONVS Greg.

8036 in marmore candido litteris pulchris, rep. prope Aleriam meridiem versus; est ibi in aedibus privatis ad ecclesiam GRASSI. Rep. cum n. 8035 GALLETTI.

DIIS
MANIBVS ❧ SACR
TETTIAE ❧ MATERNAE
❧ OPTIMAE ❧ VXORI ❧
L · IVLIVS · LONGNVS
PROC · AVG

Caraffa edidit nescio ubi (inde Grassi Aleria 1864 p. 274); Galletti *hist. de la Corse* 1863—1866 p. 179; Renier l. c. ad exemplum missum ab Herberto; Gazzera l. c. (inde I. F. Muratori l. c. n. 67); misit a Gregory descriptam Vesmius.

3. 4 MATERNAE.OPTIMAE om. Gall. — 5 LVCIVS Gall.

8035 litteris pravis GALLETTI. In vico qui nunc est Aleria in aedibus e regione ecclesiae MÉRIMÉE, *près du fort sur la porte d'une maisonnette* GALLETTI. Frustra indagavit GRASSI Aleria p. 279.

FLAVIAE
MARIAE
VETVLLENVS
CALPVRNIA
NVS · FILIVS

Mérimée *voyage en Corse* (1840) p. 67; Galletti *hist. de la Corse* 1863—1866 p. 179.

3 VETVLLIANVS Mérimée.